



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacrae Theologiae Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinque

De Substantia, & Proprietatibus naturalibus Angelorum

Pallavicino, Sforza

Romæ, 1652

Cap. 5. An omnes Angeli differant specie, sumendo speciem pressè.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38892

CAPVT V.

*An omnes Angeli differant specie,
sumendo speciem
pressè.*

13. **D**icendum cū S. Bonauentura in 2. dist. 9. art. 1. quest. 1. non dari inter Angelos, nec dari posse differentiam specificam propriè, ac strictè acceptam. Probatur, quoniam illud prædicatum, præcipuum, quod est in Angelo, est quod intelligat secundū se totum, per cognitionem, innatam, & perfectam, in primo suæ existentia instanti; Sed hoc est omnibus Angelis commune. Ergo omnes specie conueniunt, iuxta superius dicta.

Illud

Illud verò, in quo differunt est, in cognoscendis pluribus, aut paucioribus obiectis, vna, vel pluribus speciebus. Atqui *plus*, & *minus* differunt solum materialiter, & numericè, non verò formaliter, & specificè. Ergo Angeli non differunt specie. Probatur minor, quia *plus*, & *minus* sunt prædicata trāscendentia, & recipientia mensurā æstimabilitatis, ab eo prædicato, cui conueniunt, tanquam à forma: esse enim paruum in prædicato excellenti, est *plus*, quam esse magnum in vulgari. Ergo differre secūdum *plus*, & *minus*, est differre numero: nimirum est differre in prædicato aliquo secundo, supponente aliud primum, à quo desumit suam excellentiam.

14 Vltorius : Angeli non differunt specie secundum intellectum, qui est prima, & precipua proprietates ipsorum substantiæ, & mensura coeterarum. Ergo, nec secundum suam substantiam. Patet antecedens, quia potentia specificatur ab obiecto motiuo: & ideo diuinus intellectus, humanus, & angelicus specie differunt; quia diuinus habet pro motiuo suum esse, angelicus omne ens creatum naturale, quod est vel in se ipso, vel per propriam speciem ab Angelo cognoscibile; humanus, ens sensibile; atqui omnes intellectus angelici conueniunt in eodem obiecto motiuo. Ergo sunt eiusdem speciei; sicut sunt omnes actus fidei, omnes visiones beatæ, prop-

propter conuenientiam in motiuo formali; licet quoad coeterra sint inæquales, & diuersæ.

15 Neque eiusmodi doctrina aduersatur S. Thomæ: is enim in hac materia variè loquitur sic, vt eius interpretes discrepent quoad eius mentē percipiendam. Porrò Capreolus putat non aduersari. S. Th. quod plures Angeli specie cōuenire possint. Id ipsum fidenter docent Ferrariensis, & Bagnes, nec sine fundamento: ipse enim S. Thomas apertè docet ex vna parte, res omninò immateriales esse immultiplicabiles indiuidualiter; ex alia dicit ex natura humana, & diuina in Christo non constitui peculiarem speciem; quia omnis species quantum est de se.

se, est multiplicabilis in plura
 individua. Quæ duo vt conci-
 lientur, dicendum est, quod
 aliquando accipit differentiã
 specificã latè, pro omni diffi-
 militudine entitatiua, habita
 ex ipsa forma, sine ordine ad
 accidentia materiæ, & tunc eã
 admittit in omnibus formis
 spiritualibus, nō dicentibus or-
 dinem ad materiam: aliquan-
 do accipit pro diuersitate spe-
 cifica differentiam in eo

prædicato formali

quod diximus,

& tunc

eam ne,

gat.

CA.